

Johann Sibrand

Programma Quo Johannes Sibrand/ I.U.D. & Decret. P.P. Ampl. Facult. Iurid. ad hunc actum Decanus ... Ad Disputationem Inauguralem ... Henrici Engenhagen Lubecensis. In Auditorio Maiori d. XXVII. Maii solenniter habendam Magnificum Dn. Rectorem ... Reipubl. Senatam ... Studiosae iuventutis Coronam, Omnes deniq[ue] Literatos ... debita observantia ac humanitate invitat

Rostochii: praelo Richeliano, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741631032>

Druck Freier  Zugang



Prüfung der Ehefrau
für Ehemann


RU jur. 1680.

Johann Sibrand, Pr.

Heinr. Engenhagen, Psp.

Mit Prüg.





12
281.

13
PROGRAMMA
Qvo
JOHANNES

Sibrand /

J. U. D. & DECRET. P. P.

Ampl. Facult. Jurid. ad hunc actum

DECANUS,

Suo, & Amplissimæ Facultatis nomine,

Ad

Disputationem Inauguralem

Clarissimi J. U. Candidati

HENRICI *Eugenhagen* /

Lubecensis.

In Auditorio Majori d. XXVII. Maji

solemniter habendam

Magnificum Dn. Rectorem,

Prænobilem utriusq; Reipubl. Senatam,

Venerandum Rev. Ministerii Confessum,

Fulgidissimam Studiose juventutis Coronam,

Omnes deniq; Literatos, & Literatorum Fautores,

debita observantia ac humanitate invitat.

ROSTOCHII prælo RICHELIANO, Anno M. DC, LXXX.

1680.



Pud omnes populos, & ab omni ævo circa pollicitationes, promissa & contractus maximam semper vim fuisse jurisjurandi, incomparabilis testatur *Grotius*, in opere consummatissimo *de Jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 13. in princ.* ibiq; qui commentariis eundem explicare adorti, variis, & iis quidem probatissimis, ex interiori philosophia depromptis Philosophorum ac Poëtarum effatis, inlustrant. Nec minus signanter *Philo Judæus de sacrific.* teste *Puffendorff. de jur. Nat. & Gent. lib. 4. cap. 2. §. 1.* sententiæ nostræ fides ex jurejurando accedit, ipsi verò juramento ex Deo. Quin ergo religione jurisjurandi tanquam Vinculo quodam firmissimo, actus constringantur humani, nullum prorsus dubium; adeoq; certissima ratione constat, hominem jure meritò exuisse, ut dici possit, vel in dubium id vocare ausus qui fuerit. An autem & quatenus jusjurandum actui invalido adjectum servandum, item an jusjurandum actui jure Civili invalido adpositum eundem confirmet, palmâ ferè ambigüâ disceptari inter Doctos adverto, differre enim hæc duo, vel indè liquet, diversos quod sortiatur effectus, quippè circa posteriorem considerationem hæres jurantis, jurisjurandi illius religione haut obligabitur, (in negativam si quis inclinarit,) nec illius observationi obnoxius erit; quod omnino adserendum, si actus alias per se invalidus hæc convalidari ratione quis adstruere velit, ceu pluribus deducit subtilissimus *Frantz. variar. ref. libr. 2. qu. 6.* utramq; a materiâ non esse satis expeditam vel indè constare poterit, quod tam
diver-

diversis disceptetur calculis, ut vix quæ ex iis magis communis, dignosci possit, prout scilicet quisque; vel hujus vel illius fuerit secutus mentem, cum si alias unquam, hic vel maximè sit advertere juris Civilis & Canonici discrimen. Juramentum enim actui Juri Civili illicito adpositum, jure eo nullum esse, sat claris poterit probari testimoniis: Jcti siquidè antiquiores, principiorum juris sui observantissimi, calculo id suo sufficientissime probatum reddunt. Nec, inquit post Marcellum *Ulpianus l. 7. §. 16. ff. de pact.* jusjurandum de hoc adactum servandum, & *Marcianus l. 112. §. fin. de leg. 1.* Divi Severus & Antoninus rescripserunt, jusjurandum contra vim legum & auctoritatem juris, in testamentum scriptum, nullius esse momenti: ad stipulatur *Paulus l. 56. ff. de fidej. & Mandat.* itidemque; succenturiantur *Impp. Theodosius & Valens l. 5. §. 1. C. de LL.* Secundum prædictam regulam, quæ ubicunque; servari factum lege prohibente censuimus, certum est, nec sacramentum admitti. Hinc vulgatum; quod juramentum sequatur naturam actus cui adjicitur, illiusque; conditiones & qualitates recipiat. per *l. 11. §. 2. ff. de jurejur. l. ult. C. de non numerat. pecun.* quodque; juramentum non augeat obligationem, sed ei intra suos limites manenti religionis addat vinculum. *Dn. Tabor Thesaur. Loc. Comm. part. 1. libr. 9. cap. 93. axim. 38. Hering. de fidejuf. c. 27. n. 23. Munnotz. de Escobar tract. de ratiocin. cap. 4. n. 8.* cui gemina, quæ *Goedd. de contrab. & commit. stipulat. cap. 5. conclus. 11. §. 162.* non obligare majore vi, quam contractus principalis, cui accedit. Undè variæ à variis concinnatæ regulæ; quod circa hanc materiam, imprimis attendendam volunt distinctionem hanc, inter prohibitionem, quæ fit publicæ, & quæ privatæ utilitatis ergo. De priori tale deprehendo traditum à *Dd.* axioma. Quod juramentum actui Juri Civili invalido, & propter utilitatem publicam prohibito, adpositum, observandum non sit; ratio scilicet fundata in regula communi, quod jus publicum pactis privatorum non immutetur, late id deducente *Dn. Tabor. Thesaur. Loc. Comm. ad Barbos, lib. 14. cap. 1.*

)(2

Axio-

Axiom. 12. Pantzman. question. practicar. lib. 2. qv. 11. n. 20. seqq. exemplum hujus dari poterit in jurejurando vi vel metu extorto, quod abs universa JCTorum Schola fere pronunciatur invalidum, ut videre apud Setzer. de jurament. libr. 1. cap. 19. Rauchbar. quest. Illust. Saxonie. part. 2. qv. 4. quam ex Jure Civili & Canonico decidendam negat Henniges ad Grot. lib. 2. cap. 13. num. 14. Sed ex Jure Naturali & Gentium; lateve in utramq; examinatur partem Valentin. Velthem. introduc. in Grot. dict. loc. qv. 1. p. 988. Alios circa hanc materiam qui sudant, sicut ut præteream pede, Non minus videre est occurrere dubium circa actum dolo elicitum, quo de Ostander. ad Grot. d. loc. tb. 2. § 3. Observ. 3. ubi examinatur jusjurandum Gibeonitis abs Josua datum, cujus itidem Georg. Frantz. libr. 2. qv. 4. n. 5. examen subit, quæ quidem de jure Civili nullatenus valent, cum invalida pronuncietur Authentic. Sacramenta pub. C. si ad v. vend. Beusl. de jurejur. Rubr. n. 10. Privatæ quæ fit utilitatis causa, vel fit ob eandem solam, vel in odium tertii; de priori talis formari regula poterit: juramentum, actui jure Civili in specie sic dicto, propter favorem personæ singularis & privatam illius utilitatē, invalido & prohibito adjectum, obligatorium & servandum est, licet secundario quoq; interveniat favor Reipubl. Fundamentum illius petitur ex d. Auth. sacramenta puberum. C. si ad v. vendit ibiq; Brunnem. Et ab illo allegati. ubi Imperator Fridericus sacramenta puberum spontè facta, super contractibus rerum suarum non retractandis, inviolabiliter custodiri vult: quam licet alii ad im- puberes quoq; extendere velint, hi tamen ex hac classe jure merito eximendi, per tradita. Andr. Fachin. Controv. jur. lib. 3. cap. 10. Licet hi vel maximè doli capaces. Etsi enim delinquendo, in matrimonio contrahendo, aliisq; casibus rectè obligentur, minus tamen commodè exin inferetur, eos etiam obligari, dum res suas alienant contra legis formam. Ejusdem prorsus sententiæ Innocentius III, Pontifex. cap. 28. X. de jurejur. ubi

ubi vult mulieres debere servare juramenta sine vi & dolo spontè præstita, quod in alterius præjudicium non redundent, nec observata vergant in dispendium salutis æternæ. Cui planè gemina, quæ Bonifacius VIII. *cap. 2. De pact. à 26.* Indè triplicem eruit rationem. *Brunnem. ad d. Authent.* ne scilicet (1.) tali prætextu via aperiatur perjuriis, (2.) non vergant in præjudicium tertii. (3.) Non observata non vergant in dispendium vitæ æternæ: Non quidem pauca nec temnenda prorsus in contrarium afferri possent, si veterum Jureconsultorum serinia expilare temporis & programmatis ratio admitteret: ast cum hodiè soleamus seqvi æquitatem juris Canonici, ideo quod magis consideret animæ salutem, cum juri Civili, salus Reipublicæ, æterna lex posita uno alterove tamen exemplo rem declarabo. Disquiritur numne jusjurandum à filiofamilias mutuo adjectum, eundem ad solutionem obliget: quod enim renunciando nihil agat, aperti juris, an verò teneatur, renunciatione juramento firmata, difficilioris est quæstionis, nec tum tamen eam subsistere, nec filiofamilias impedimento esse, quo minus solutioni subtrahere se queat, pleno clamitant ore nostrates Jureconsulti, pluribus id demonstrante *Carpzovio Part. 3. Decis. 256. num. 8.* quod renunciatio per se nulla, nec ita jurejurando firmanda, ita enim Theodosius & Valentinianus Imperatores *leg. 5. C. de Legib.* sancivere, nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri subsequutum, qui contraxerint, lege contrahere prohibente, quod hæc talia non solum inutilia, sed pro infectis habenda, nec quidem sacramentum adversus hæc talia admitti debeant. Quamvis nihilominus ob jurisjurandi religionem & sanctimoniam Facultas Juridica Lipsiensis (contra communissimam hanc opinionem, uti videre apud *Setzer. de jurament. libr. 1. cap. 13. Struv. Exercit. 17. thes. 23.* aliosq; innumeros, sententiam tulerit, teste eodem *Carpzov. loc. supr. allegat. num. 13. sequentib.* Eadem jurisjurandi

randi religio locum obtinet, multò magis, si quædam fortè intermissa juris solennitas, quod adparet in donatione excedente quingentos solidos, quæ actis judicialibus insinuanda. *Brunnem. ad leg. 25. C. de donat. inter Vir. & uxor.* accedente tamen jurejurando confirmatur *Setzer. de jurament. cap. 25. num. 118.* Ita foemina ex suo juramento validè obligantur, reclamante licet jure Civili, latè id deducente *eodem cap. 12.* Undè *idem c. 25. n. 117.* vult juramentum tollere defectum solennitatis alias de jure requisitæ, quando solennitas est introducta non principaliter ob publicam utilitatem, sed in favorem certarum personarum. Nec cordatiorem quendam moverit, quod leges civiles non minus ac divinæ conscientiam constringant, quodq; subditus superiori ad legis observantiam obligatus. In odium tertii si susceptum jusjurandum, idem obtinere plerorumq; constans opinio. Majorem involvit dubitationem, numne actus per se invalidus, per adjunctū jusjurandū convalidetur, cujus quidem quæstionis non leve momentum; si enim convalidatur, sequitur. quod & heredem obliget, solutiq; non detur repetitio, quæ operatur omnimodò si saltem per se veniat observandum, teste *Frantz. Variar. Resol. 1. 2. Ref. 6.* A rma qui acriter stringit pro sententia, quod actum nullatenus confirmet *n. n. sequentib.* quo in primis facere videtur, quod nusquã quicquã de confirmatione actū, verba autè præter intentionem proferentis non veniant interpretanda; ad quem ne actū agere videar, me remitto. Verùm cum circa hanc materiam occupata præsens disputatio, quam Clarissimus *DN. HENRICUS Engenhagen/Lubecensis, J. U. Candidatus præcellens ad Authentic. Si qua Mulier. Cod. ad Scñ Vellej.* loco Disputationis Inauguralis exquisitè conscripsit, more sveto me convertò breviter ad vitæ illius curriculum; Natus a. is ipse in Civitate Libera Imperiali Lubecensi Ann. Millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, Patre VIRO Maximè Reverendo *DN. M. HENRICO Engenhagen/Past. Eccl. ibidè ad D. Jacobi,* nec non Rev. Minist. Seniore, Dn. Fautore ac Af-


fine

sine æstimatissimo, Matre Nobilissima ac omni præclarissimarū
 virtutum genere ornatissima fœmina *ELISABETHA* *Feldhausen*/
DN. D. JOHANNIS *Feldhausen* / *JCTi* celeberrimi, Amplissi-
 miq; Senatorii ordinis, filia; Avum paternum adnoscit *HEN-*
RICUM *Engenhagen* / Civem & Mercatorem apud Lubecenses
 facillè principem; Aviam e, usdem lineæ *ANNAM* *Elversfelden* /
 ut reliquos ejus Maiores, tam paternæ quam maternæ prosapia
 clarissimos, programmatis habiturus rationem hac vice prætere-
 am. Hisce Majorum Imaginibus splendens, à primis ungviculis,
 fidelissimis Præceptoribus informandus traditus; quippè in Pa-
 trio ludo nactus Informatores undiqvavam ab industria & do-
 ctina Viros laudatissimos *DN. DAVIDEM DE BRUGGE*, Poëtam
 excellentem, *DN. POLTZIUM* & *DN. HERMANNUM NÖTTELMANNUM*,
 p. m. qui omnem in eo erudiendo movere lapidem, cum autem
 humaniore literatura probè tinctus, dignus haberetur, ad Aca-
 demiam qui mitteretur, hæc nostra præprimis placuit Alma, quã
 An. 1673. adiit, meq; Præside, cum aliis Ornatissimis ingenijs. E-
 thicam & Politicam Libenthalii publicè opponendo & respon-
 dendo absolvit, jurisq; fundamenta solidè tum publicis, tum pri-
 vatis lectionibus bellè satis jecit; ne autem styli exercitium
 profus negligere videretur, ducem, quem sequeretur, præprimis
 Magnificum h. t. *RECTOREM DN. HENRICUM DRINGENBERGIUM*,
 Lingua Hebraicæ & Cateches. P.P. celeberrimum, Collegam
 honoratissimum elegit. Publiceq; Legentibus operam navavit
 Viris Nobilissimis, Amplissimis, Consultiss. atq; Excellentissimis
DN. D. REDEKERO & *DN. D. RADOVIO*, Collegis & Amicis
 meis singulariter honorandis, peracto sic naviter biennio,
 utq; maximè modestum juvenem decebat, consilio Dn. Pa-
 rentis Wittebergam petiit An. scilicet 1675. per biennium iti-
 dem & quod excurrit bene cœptam continuavit telam, na-
 ctus inibi, quorum ductus & auspicia sequeretur, Viros Amplissi-
 mos, Excellentissimosq; *Juris PP. DN. D. ZIEGLERUM, DN. D. LEI-*
SERUM


SERUM, DN. D. MARTINI, DN. D. STRAUSSII, & DN. D. SCHLEENSTE-
NIUM, sub cujus præsidio An. 1677. Disputationem proprio e-
laboratam Marte de COMPENDIO NAUFRAGIORUM habuit, nec
minus in Historia & Oratoriis famigeratis. DN. SCHURTZFLEISCHII,
PP. studiis usus; hac relicta, Aulam celeberrimam Dresden-
sem inuisit, ibiq; per aliquot menses commoratus, adiit Aca-
demias in proximo sitas Lipsiensem & Jenensem, sibi comparaturus
notitiam Dn. Professorum. Inde Almam salutavit Altorphinam,
& sic per Sveviam ac Tyrolim in Italiam tendit, spectator Ven-
etiis desponsationis maris Hadriatici. Indè per Carinthi-
am, cæterasq; provincias adiit Aulam Cæsaream per aliquot
menses moratus, inibi reliquas quoq; peragravit cele-
berrimas Germaniæ Aulas, visisq; Giessensi & Marpurgensi A-
cademiis, patrios tandem resalutavit lares, ubi vix per aliquot
dies subsistens Rosetū repetere cum animo constituit suo, telum
hactenus naviter cæptum absoluturus; Et cum absoluto septen-
nio, quod studio Juris alii dicatum volunt, ex consilio Reverend.
DN. Parentis, domum foret ipsi redeundum, honestam su-
am intentionem, ea qua par est modestia, apud Amplissimum no-
strum Collegium profiteri voluit, utq; in Candidatorum nu-
merum reciperetur, observanter petiit, admissus proin ad exa-
men rigorosum, talem se præstitit, ut communi suffragio, ceu
virtus ejus merebatur, ad ulteriora panderetur via; Cum ergo
proximè die 27. Maii. Disputationem suam satis operosè con-
scriptam, placidæ eruditorum disquisitioni & examini submit-
tere constituerit, ad Actum istum Inauguralem omnes Literatos,
ut eo augustior reddatur, & literatorum Fautores meo & Am-
plissimæ Facultatis nomine, ea, qua decet, observantia & huma-
nitate invitatos volo, nullus dubitans, quin apud ipsum præ-
clarè vestrum posituri sitis studium atq; beneficium, nos iden-
tidem de singulis benè rursus mereri nullo non loco, nullo non
tempore memores vivemus futuri. Publicatum Rostochii
sub sigillo Facultatis Juridicæ. D. 16. Maii.

Anno 1680.

1680



sine æstimatissimo, Matre Nobilissima ac o
 virtutum genere ornatissima fœmina *ELIS*
DN. D. JOHANNIS Feldhausen / JCTi cel
 miq; Senatorii ordinis, filia; Avum patern
RICUM Engenhagen / Civem & Mercatorem
 facile principem; Aviam ejusdem lineæ
 ut reliquos ejus Maiores, tam paternæ qua
 clarissimos, programmatis habiturus ratione
 am. Hisce Majorum Imaginibus splendens,
 fidelissimis Præceptoribus informandus tra
 trio ludo nactus Informatores undiqvaqvan
 cetrina Viros laudatissimos *DN. DAVIDEM* D
 excellentem, *DN. POLTZIUM* & *DN. HERMANN*
 p. m. qui omnem in eo erudiendo movere la
 humaniore literatura probè tinctus, dignus
 demiam qui mitteretur, hæc nostra præprim
 An. 1673. adiit, meq; Præsides, cum aliis Orna
 thicam & Politicam Libenthalii publicè op
 dendo absolvit, jurisq; fundamenta solidè tu
 vatis lectionibus bellè satis jecit; ne aute
 prorsus negligere videretur, ducem, quem sec
 Magnificum h. t. *RECTOREM DN. HENRICUM*
 Linguæ Hebraicæ & Cateches. P.P. ceber
 honoratissimum elegit. Publice q; Legentib
 Viris Nobilissimis, Amplissimis, Consultiss. a
DN. D. REDEKERO & *DN. D. RADOVIO*,
 meis singulariter honorandis, peracto sic
 utq; maximè modestum juvenem decebat
 rentis Wittebergam petiit An. scilicet 1675.
 dem & quod excurrit bene cœptam conti
 ctus inibi, quorum ductus & auspicia seqveret
 mos, Excellentissimosq; *Juris PP. DN. D. ZIEG*



fimmartu
 ohausen/
 mplissi
 it HEN
 ecenses
 rfelden /
 profapia
 raterer
 vicularis,
 è in Pa
 a & do
 Poëtam
 ANNUM,
 a autem
 ad Aca
 ma, quã
 niis. E
 respon
 um pri
 citium
 eprimis
 ERGIUM,
 lligam
 avavit
 tiffimis
 Amicis
 ennio,
 n. Pa
 um iti
 n, na
 mplissi
 D. LEI
 SERUM